

Operata est delectatione manuum suarum.

Léctio libri Proverbiórum

31, 10-13. 19-20. 30-31

- ¹⁰ **M**ulíerem fortem quis invéniet?
Longe super gemmas prétium eius.
- ¹¹ Confídit in ea cor viri sui
et spóliis non indigébit.
- ¹² Reddet ei bonum et non malum
óm nibus diébus vitæ suæ.
- ¹³ Quæsív it lanam et linum
et operáta est delectatióne mánuum suárum.

[14-18]

- ¹⁹ Manum suam misit ad colos,
et dígiti eius apprehendérunt fusum.
- ²⁰ Palmas suas apéruit ínopi
et manum suam exténdit ad páuperem.

[21-29]

- ³⁰ Fallax grátia et vana est pulchritúdo;
múl ier timens Dóminum ipsa laudábitur.
- ³¹ Date ei de fructu mánuum suárum,
et laudent eam in portis ópera eius.

Verbum Dómini.